

# GIURISPRUDENZA CANONICA

## TRIBUNALE SUPREMO DELLA SIGNATURA APOSTOLICA

SUPREMUM TRIBUNAL SIGNATURAE APOSTOLICAE - SALERNITANA -  
*Iurium* (sustentationis cleri) - Dec. Congresso - 23 novembre 1990.

**Sostentamento del clero — Normativa CEI — Natura giuridica — Sintonicità di questa normativa a quella concordataria — Competenza del S.T. della Segnatura Apostolica — Esclusione.**

*Anche prescindendo dalla natura giuridica della normativa emanata dalla CEI, se cioè questa abbia natura di legge o di atto amministrativo generale (norme di esecuzione = circolari), resta il fatto che — almeno dopo l'entrata in vigore del nuovo CIC — il S.T. della Segnatura Apostolica non ha competenza a giudicare della legittimità a meno di un decreto generale (a fortiori di una legge), ma solo di quella degli atti amministrativi singolari. Di conseguenza non è ammissibile davanti alla Sectio Altera del S.T. della Segnatura Apostolica la trattazione di un ricorso, a cui fondamento stia una presunta illegittimità della normativa CEI in tema di sostentamento del clero.*

Rev. di V.T. et F.F. mense ianuario 1987 Praesidi Instituti interdioecesani Salernitani pro remuneratione cleri recursum exhibuerunt « perché lo stesso Istitu-

to, tenendo presente lo stipendio da essi percepito dallo Stato per l'insegnamento, non aveva corrisposto la somma spettante a ciascuno di essi per il servizio di parroco ». Coetus vero competens ad controversias componendas die 1 martii 1988 recursum reiecit, cum dictum Institutum pro remuneratione cleri plane egisset iuxta normas in re a Conferentia Episcoporum Italiae lata.

Exc.mi dein Ordinarii provinciae ecclesiasticae Salernitanae die 16 maii 1988 sese incompetentes declaraverunt ad solvendum problema.

Provocaverunt tum Rev. di T. et F. ad Congregationem pro Clericis et, ea silente, die 8 octobris 1988 ad hanc Signaturam Apostolica aduersus presumptum responsum negativum eiusdem Congregationis ad normam can. 57, § 2.

Quae Congregatio, ad rem interroga ta, huic Supremo Tribunali significavit rem ob eius novitatem profundiore examine indigere, seque mox decisionem laturam esse. Die tandem 16 februarii 1989 idem Dicasterium, motivis expressis, utrique sacerdoti rescripsit recursum in casu proponi non posse.

Cl.mus C.B., patronus recurrentium, instantia diei 10 martii 1989 coram hoc Supremo Foro reassumpsit recursus iam antea propositos, « essendo evidentemente superfluo proporre altra impugnativa avente l'identico oggetto ». Scribit cl.mus B.: « Questa della « *non ponibilità* » è una questione evidentemente pregiudiziale... La sostanza di questa eccezione consiste nel fatto che i ricorrenti hanno impugnato il decreto dei Vescovi della Provincia di Salerno del 16 maggio 1988, il quale decreto è basato sulla delibera della CEI n. 44, § 1, lett. b... ».

Exhibitibus memorialibus tum praefati Patroni recurrentium tum cl.mi C.G., Patroni Publicae Administrationis, et obtento die 30 iunii 1990 voto Rev.mi

F.S., Promotoris Iustitiae deputati, ad quod votum uterque Patronus respondit,

Re sedulo examinata;

Praemissò quod in casu coram hac Signatura Apostolica decisio a competenti Congregatione confirmata impugnatur eo quod in dubium vocatur legitimitas normae generalis a Conferentia Episcoporum Italiae ad rem latae et a Sancta Sede recognitae;

Considerato quod haec quaestio solvenda est iuxta principia iuris canonici;

Attento quod tempore recognitionis Codicis Iuris Can. ci praevidebatur norma iuxta quam Supremum Tribunal Signaturae Apostolicae videre posset non de validitate legum, sed utique in ambitu contentioso-administrativo de recursibus aduersus decreta lata a Conferentiis Episcoporum exsecutoria vel singularia (cfr. *Communicationes* 14, 1982, 196 et 16, 1984, 58-59 et 86);

Perpenso vero quod huiusmodi norma in novo Codice omnino deest, quodque in eodem tantum de recursibus aduersus administrativos actus *singulares*, qui in foro externo extra iudicium dantur, fit sermo;

Perspecto quod iuxta art. 123, § 1, Const. ap. *Pastor bonus* haec Signatura Apostolica solummodo cognoscit de recursibus aduersus actus administrativos *singulares*, sive a Dicasteriis Curiae Romanae latos sive ab ipsis probatos;

Visis litteris ab Em.mo Cardinale Praefecto Consilii pro Publicis Ecclesiae Negotiis die 29 decembris 1986 ad Em.mum Praesidem praefatae Conferentiae datis (cfr. *Notiziario* eiusdem Conferentiae, 1986, p. 277);

Praetermissa quaestione utrum, nec ne, norma a Conferentia Episcoporum Italiae lata, quae in casu impugnatur, sit decretum generale indolis legislativae an tantum exsecutorium;

In Congressu, coram infrascripto Cardinale Praefecto, die 23 novembris 1990 habito,

*decrevit:*

« Recursus, cum de facto respiciat normam generalem a Conferentia Episcoporum Italiae latam, coram hac Signatura Apostolica proponi nequit ».

Recentes qui una simul in arca huius Supremi Fori deposuerunt

500.000 lib. it., solvant alias 500.000 lib. it. pro expensis.

Et notificetur omnibus quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 23 novembris 1990.